Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

iuxta flum chobar apti sunt celi et uidi uisiones dni. Tempus etiam cap
tiuitatis insinuat subdens. In quinta mensis. ipse est annus quintus trans
migrationis regis ioachim. Qui ut bene persona indicet cuius genus nar
rat. cui subdit. Et factum est uerbum dni ad ezechiel filium buzi sacerdotem.
Sed prima nobis questio oritur. cur is qui nichil adhuc dixerat ita ex
orsus est dicens. Et factum est in tricesimo anno. Et. nanq; sermo ciuncto
nis est. et sicut quia non coniungit sermo subsequens nisi sermoni pre
denti. Qui igit nichil dixerat. cur dicit. Et factum est. cum non sit sermo cui hoc
quod incipit subiungat. Qua in re intuendum est quia sicut nos corpora
lia. sic prophete sensus spiritalia aspiciunt. eisq; et illa sunt presentia que nre
ignorantie absentia uident. Vnde fit ut in mente prophetarum ita ciun
cta sint exteriorib; interiora. quatenus simul utraq; uideant. simulq; ineffi
fiant. et intus uerbum quod audiunt. et foris quod dicunt. Patet igit causa
cur qui nichil dixerat inchoauit dicens. Et factum est in tricesimo anno.
quia hoc uerbum quod foris protulit. illi uerbo quod intus audierat ciun
xit. Continuauit igit uerba que protulit uisioni intime. et idcirco incipit
dicens. Et factum est. Subiungit enim hoc quod exteriori loqui inchoat. ac si ei
et illud foris sit quod intus uidit. Hoc autem quod dicit. quia tricesimo anno
spm prophetie accepit. indicat nob aliquid esiderandum. uidelicet quia
iuxta rationis usum doctrine sermo non suppeditat. nisi in etate perfecta. Vnde
et ipse dns anno duodecimo etatis sue in medio doctorum in templo sedens
non docens. sed interrogans uoluit inueniri. Vt enim non auderent homines in
infirma etate predicare. ille anno duodecimo etatis sue interrogat ho
mines et dignatus intra. qui pdiuinitate sua semp angelos docet in
celo. Quia enim ipse est di sapientia. de ipso angeli uidendo uiuunt. hoc
quod beatitudine eterna sociant. Quod moyses qq. pallegorie mysterium
admonet dicens. Non arabis in primogenito bouis. Primogenitum enim
bouis accipim in infirma etate primi nri temporis bona operatione. in qua
tam arandum non est. quia cum prima est adolescentie uel iuuentutis nre te
pora nob adhuc apdicatione cessandum est. ut uomer linguе nre p
scindere non audeat terram cordis alieni. Quo adusq; enim infirmi sumus.
continere nos intra nosmetipsos debemus. nedum tenera bona eiciuosten
dimus. amittamus. quia et arbusta plantata si prius intra radicata non fu
erint. manu tacta eiciuos arescunt. At si semel radice fixerint. manu

cp. 1.
Qd significet primo genitum bouis.